Twarkowski Brzoski obligatio

Coram officio et actis praesentibus castren capitan Brans comparens
personaliter Nobilis Joannes olim Valentini Twarkowski de Brzo
ski antiqua haeres sanus mente et corpore existens palam recognovit
Quia Nobili Petro filio suo legittimo et eius successoribus bonorum
suorum in haereditate Brzoski antiqua sittorum in campo alto sulcos
a via strata Wysocensi ad graniciem Brzoskow tatarow inter metas
nobilium Alberti Grochowski et Alberti Jaworkowski iacentes
cum agris pratis campis omnibusque et singulis eorundem bono
rum utilitatibus fructibus proventibus attinen et pertinen
cunctisque commodis ex eisdem bonis modo quovis provenientibus
nullis exceptis nec pro se aut alio quopiam reservatis in
summa Viginti sexagenarum polonicalium hinc usque ad exem
ptionem obligavit inscripsit ac inuadiavit Sicuti easdem
praedicta bona nunc obligata idem recognoscens dat et
admittit intromissionem realem cum actuali et pacifica possessione
ac tote ... per ministerialem regni Generalem et Nobiles
duos quem et quos sibi conducere poterit submittendo se eun
dem tenutarium suum et eius posteros occasione praemissorum
ab omni impedimento iuridico et extraiuridico quarumcunque
personarum propinquarum et remotarum cuiusvis sexus status et
conditionis existen tueri defendere evincere eliberare intercedere
pacificare solusque per se et per quasvis submissas ac subordi
natas personas non inturbare sub vadio simili alicarum viginti
sexagenarum polon. Et coram officio praesenti castrensi
capitan Branscen in primo citationis termino peremptoria
responsione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus
dilationibus infirmitatibus motionibus apellationibus ac earum prosequutionibus
aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibusque im
pedimentis etiam de iure concedi solitis se et suos successores ab
scribendo et abrenunciando personaliter recognitionis mediante

Truskolesnych obligatio

Coram officio et actis praesentibus castren castren capitan Brans
personaliter comparens Nobilis Albertus olim Thomae de an
tiqua Truskolas sanus mente et corpore existens palam publice
verbisque perexpressis recognovit Quia Nobilibus Paulo Valentino Ma
thiae Bartholomeo Truskolesnem olim Nobilis Jacobi Truskolesnij filiis
et eorum legitimis successoribus bonorum suorum immobilium in haered
Truskolasy antiqua sittorum totas et integras sortes suas se quovis mo
do et iuris titulo concernentes in campis pratis silvis rubetis
et cum omnibus ac singulis eorundem bonorum utilitatibus fructi
bus proventibus attinen et pertinen cunctisque commodis ex eis
dem

ex eisdem bonis modo quovis provenien[tes] exceptis tamen areis quas sibi recognoscens in toto reservat omnibusque alijs attinentijs nullis exceptis in summa Quinquaginta Quinque florenorum polonicalium et abaltu praesenti desque ad exemptionem et summae praefatae integram et indivisam exolutionem obligavit inscripsit et inviadiavit Quibus iam ex nunc tam cuivis eorum seorsim quam omnibus coniunctim intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem regni generalem et nobiles duos quem et quos sibi ad id facilius conducere poterit dat et admittit submittitque se idem recognoscens de omnibus bonis suis cum successoribus eisdem tenutarios suos vel eorum legitimos successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico et extra iuridico quarumcunque personarum propinquarum et remotarum cuiusvis status et conditionis existentium toto tempere tenutae eorum educet sub vadio similium aliorum Quinquaginta florenorum tueri defendere evincere et liberare intercedere pacificare solusque per se et per quosvis submissas ac subordinatas personas non inquietare imo ea bona semper munda et libera facere tenebitur illiusque summas tenebuntur in defectu non evictionis seu impeditae possessionis ad solvendum irremissibiliter succumbendo et coram officio praesenti castrensi capitaneali Bransensi in primo citationis termino peremptorie responsurus omnibus controversijs exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus infirmitate motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus alijsque in universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ubi abrenunciando et abrenunciando

Actum in Curia Regia Bransen Feria Quarta post Dnicam Exaudi proxima Anno Dni millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo

Burgrabij Curiae Bran quietatio

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Bransensibus personaliter comparens nobilis Andrianus Fredrichski sanus mente et corpore existens palam publice libereque ac per expressum recognovit Quia generosum Albrachtum Jaminski Burgrabium Curiae huius Bransensis de extraditione bonis nigri per nobilem Albertum Grochowski in Brzoski heredem praesentati quietat emittit et liberum facit hac sua praesenti personali recognitione in praemissis mediante